Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

intuemente diluamus. in secreto iudicorum dei subquadam occultatione
seruatur: ut quandoq; etiam de sigillo secreti. exeat ad publicum iudicii.
Cum uero pmalis quę fecimus discipline flagello atterimur. et hęc ppem
tentia deflemus: iniquitatem nam signat et cinat. quia nec iniuria hic dese
rit. nec iniudicio puniendo reseruat. Bene se iudicat iustus in hac uita. ne
iudicetur ad dampnationem ppetua. Tunc autem iudicium de se quisq; su
mit. quando per dignam penitentiam sua prauia facta condempnat. Ama
ritudo penitentię facit animum et sua facta subtilius discutere. et dona
dei que contempsit flendo commorare. Nichil peius autem. quam culpam
agnoscere nec flere. Duplicem habere debet fletum in penitentia omnis
peccator. siue quia pneglegentia bonum non fecit. seu quia malum per
audaciam ppetrauit. Quod enim oportuit non gessit. et gessit quod agere
non oportuit. Ille penitentiam digne agit. qui reatum suum satisfac
tione legitima plangit condempnando scilicet. atq; deflendo quę gessit.
Tanto inde plorando profundi. quanto excitit in peccando procliui. Ille
penitentiam digne agit. qui sic preterita mala deplorat. ut futura ueru
non commitat. Nam qui plangit peccatum. et iterum admittit peccatu.
quasi si quis lauet laterem crudum. quem tanto magis eluerit tanto am
plius lutum facit. quamuis quisq; sit peccator et impius. si ad penitentia
conuertatur. consequi ueniam posse creditur. festinare debet ad deum
penitendo unusquisq; dum potest. ne si dii potest noluerit. cui uoluerit
tarde omnino non possit. Proinde propheta ait. Querite dominu dum
inueniri potest. inuocate eum dum prope est. Si quando quis peccare
potest penitet. uitaq; suam uiuens abomini crimine corrigit. non dubiu
quod moriens ad eternam transeat requiem. Qui autem praue uiuendo pen
tentiam inuoluit agit periculo. sicut eius dampnatio incerta e. sic remis
sio dubia. quamuis per penitentiam propitiatio peccatoru sit. sine me
tu homo ee non debet. quia penitentię satisfactio diuino tantu pensat
iudicio. non humano. Proinde. quia miseratio di occulta e. sine inter
missione flere necesse est. neq; enim uiquam oportet penitentie habe
re de peccatis securitatem. nam securitas neglegentia parit. Neglegentia
autem sepe incautum aditia transacta reducit. dum ppenitentiam
expulsa fuerit abhomine uitia. si forte post hec intercedente securi
tate qualibet culpa subrepserit. confestim delectationes pristine uitaq;
mentem audius increpant. pulsantesq; homine inconsuetis opibus
grauius pertrahunt. ita ut sint nouissima illius peiora prioribus.